Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore

agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid nec coctum
aqua sed assum tantum igni. Caput cum pedibus eius et in
testinis uorabitis. Et os eius non confringetis. nec remanebit ex eo quicquam usque mane. Siquid residuum fuerit
igni aburetis. Sic comedetis illum. Renes uestros ac
cingetis. calciamenta habebitis in pedibus. tenentes ba
culos in manibus. et comedetis festinantes. Est enim
phase id est transitus domini. Sine Titulo

Egressus est ihs cum discipulis suis trans torrentem cedron. ubi erat hortus. in quem introiuit ipse
et discipuli eius. Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum.
quia frequenter ihs conueniebat illuc cum discipulis suis. Judas
igitur cum accepisset cohortem. et a pontificibus et phariseis
ministros. uenit illuc cum lanternis et faculis et armis.
Ihs autem sciens omnia que uentura erant super eum. processit
et dixit eis. Quem quaeritis. Responderunt ei. Ihm nazare
num. Dicit eis ihs. Ego sum. Stabat autem et iudas. qui tra
debat eum cum ipsis. Vt igitur dixit ego sum. abierunt retro
sum et ceciderunt in terram. Iterum autem interrogauit. Quem
quaeritis. Illi autem dixerunt. Ihm nazarenum. Respondit ie
sus. Dixi uobis quia ego sum. Si igitur me quaeritis. sinite ho
c abire. Vt impleretur sermo quem dixerat. quia hos dedisti mihi non
perdidi ex eis quicquam. Symon igitur petrus habens gladium edu
xit eum. et percussit pontificis seruum. et abscidit eius auricula
dexteram. Erat autem nomen seruo malchus. Dixit igitur ihs pe
tro. Mitte gladium in uaginam. Calicem quem dedit mihi pater non bibam
illum. Cohors igitur et tribunus. et ministri iudeorum comprehen
derunt ihm et ligauerunt eum. et adduxerunt eum ad annan